

## REGIONIS QVARTAE PARS SEXTA. Marsi.

ad p. 348 c. XVI. Corrige apud Ciprianum marmi Albensi n. 1—22, apud Matteium appendice n. 1—10.

### LXXX. CERFENNIA (p. 348).

**6347** Ajelli prope Coll' Armeno.

T · DIVVS · T · L · FAVSTVS  
EVNICVS · P · L · S · F

Garrucci qui vidit *études religieuses, philosophiques, hist. et litt. par des pères de la soc. de Jésus N. S.* 1 (1862) p. 557.

### LXXXI. Marsi Marruvium (p. 349).

ad p. 349. Fragmentum, quod secundum lapidis naturam litterarumque formam pars videtur esse tituli reperti ad S. Benedicti in macerie Salv. Tarquinj, repertum prope Ortucchio in loco q. d. S. Manno, edidit de Nino apud Fiorellum *Not. degli scavi* 1881 p. 194; hodie utrumque fragmentum est Luci apud Achillem Graziani:

III · VII  
IOVII · !

ad n. 3764. Pro Cossano in mappis est Corsano.

**6348** ad S. Benedetto prope ecclesiam S. Sabinae rep. m. Febr. a. 1880. Negli scavi che ivi si fanno a solo scopo di trar profitto dalle pietre da fabbrica si sono rinvenute le fondamenta di un peristilio, una favissa per le abluzioni e purificazioni dei devoti e delle puerpera, enormi massi di marmo bianco e di pietra calcarea, lavori in terracotta, frantumi di marmo e vetro ed un mucchio di rovine fra materie carbonizzate e cenere, che annunziano essere stato quel monumento distrutto in parte dalle fiamme. La vasca stava ricoverata con una smisurata pietra calcarea bucata nel mezzo; e questo buco, coperto con piccoli pezzi di marmo bianco, avea sopra uno strato di mosaico aggiuntovi nei tempi posteriori. In pochi giorni, rimanendo intatta la sola iscrizione, tutto è stato distrutto e la favissa e le fondamenta del peristilio di questo edificio pubblico, che credo fosse un delubro COLANTONI. Ectypum gypsaceum extat Aquilae in praefectura.

· CORNELI  
VS ·  
SCIPIO ·  
CARTHA  
5 GINE ·  
CAPTA ·

Ectypa chartacea misit Fiorelli duo, alterum exceptum ex ipso lapide, alterum ex ectypo gypsaceo Aquilano. Hoc cum viderunt Henzenus Rossius Dresselius reliquique amici Romae degentes, litteras omnes iudicaverunt recens incisas neque aliter iudicaram ego; at illo oblato e contrario mihi constabat titulum verum esse, incisum a vetustioris litteraturae imitatore. Adsensi sunt inspecto ectypo eodem et Bormannus et ipse Dresselius; hic adiecit litteras sibi aetatem referre Hadrianam. P aperta est, e tres ductus transversos habet parilis longitudinis, puncta triangula sunt. Praeterea quae de inventione tradita habemus, fraudis suspicionem tantum abest ut moveant, ut paene excludant. Ediderunt Ludovicus Colantoni *Gazzetta di Aquila* 25 Febr. 1880 et Henzen *Bull. dell' Instituto* 1882 p. 35, hic ut dixi damnans.

Carthagine capta Scipio spolia ibi inventa quae variarum civitatum excidiis Carthago collegerat et ornamenta urbium civitatibus Siciliae Italiae Africæ reddidit, quae sua recognoscabant. Ita ex annalibus Eutropius 4, 12; de Sicilia idem accurate exequitur Cicero in Verr. l. 4 c. 33 seq., unde item intellegitur Scipionem pariter atque Mummiū nomen suum monumentis restitutis inscripsisse (35, 78: *cum inanis esset basis et in ea P. Africani nomen incisum*). Sed haec basis, cum vix veri simile sit Hannibalem ex Marruvio spolia Carthaginem misisse, magis sustinuit statuam aliquam ex praeda Carthaginiensi Marsis a Scipione non restitutam, sed donatam, ut similiter L. Mummius capta Corintho compluribus populis signa ex praeda dono dedit, potuitque imperator memor esse auxilii, quod Africano priori in Africam proficiscenti Marsi aliquando praestiterant (Liv. 28, 45). Ipsa autem inscriptio quam recuperavimus libere restituta sit necesse est vel potius post multum tempus ad signum apposita, quod fama sive vera sive falsa ferret a Carthagine per Scipionem venisse; nam praeter litteraturam neque orthographia nec praenomen omissum Scipionis aetati convenit.